

NOTE ON AND TEXTS ON WHOLE AND PART

The most universal distinction of whole and part that I have learned from Thomas is a distinction of three. This distinction is a distinction both of the kinds of whole and part there are and a distinction of the senses of the words *whole* and *part* or the meanings of *whole* and *part*. This is the distinction between the integral or composed whole, the universal whole, and the potential whole (which Thomas often speaks of as inbetween the other two kinds). Aristotle in the reading on part in the fifth book of *Wisdom* seems to distinguish only between the composed whole and the universal whole, leaving out the one inbetween, although he talks about it elsewhere (as in the books *About the Soul*).

De Spiritualibus Creaturis, Art. 11, Ad 2:

...sciendum est triplex esse totum.

Unum universale, quod adest cuilibet parti secundum totam suam essentiam et virtutem; unde proprie praedicatur de suis partibus, ut cum dicitur: Homo est animal.

Aliud vero est totum integrale, quod non adest alicui suae parti neque secundum totam essentiam neque secundum totam suam virtutem; et ideo nullo modo praedicatur de parte, ut dicatur: Paries est domus.

Tertium est totum potentiale, quod est medium inter haec duo: adest secundum totam suam essentiam, sed non secundum totam suam virtutem. Unde medio modo se habet in praedicando: praedicatur quandoque de partibus, sed non proprie. Et hoc modo quandoque dicitur, quod anima est suae potentiae, vel e converso.

Scriptum super Lib. I Sententiarum, Dist. 3, Q. 4, Art. 2, Ad 1:

Totum enim potentiale, quasi medium est inter integrale et universale.

Universale enim adest cuilibet parti subjectivae secundum esse et perfectam virtutem, et ideo proprie praedicatur de parte sua. Sed totum integrale non adest cuilibet parti, neque secundum esse, neque secundum virtutem. Non enim totum esse domus est in pariete, neque tota virtus; et ideo nullo modo praedicatur de parte.

Totum autem potentiale adest cuilibet parti secundum se, et secundum aliquid virtutis, sed non secundum perfectam; immo secundum perfectam virtutem adest tantum supremae potentiae; et ideo praedicatur quidem, sed non adeo proprie sicut totum universale.

Summa Theologiae, I, q. 77, Art. 1, Ad 1:

...haec locutio verificatur secundum modum quo totum postestativum praedicatur de suis partibus, quod medium est inter totum universale et totum integrale.

Totum enim universale adest cuilibet parti secundum totam suam essentiam et virtutem, ut animal homini et equo: et ideo proprie de singulis partibus praedicatur.

Totum vero integrale non est in qualibet parte, neque secundum totam essentiam, neque secundum totam virtutem. Et ideo nullo modo de singulis partibus praedicatur; sed aliquo modo, licet improprie, praedicatur de omnibus simul, ut si dicamus quod paries, tectum et fundamentum sunt domus.

Totum vero potentiale adest singulis partibus secundum totam suam essentiam, sed non secundum totam virtutem. Et ideo quodammodo potest praedicari de qualibet parte, sed non ita proprie sicut totum universale. Et per hunc modum Augustinus dicit quod memoria, intelligentia et voluntas sunt una animae essentia.

In the following text, in addition to an interesting distinction of two ways of speaking of the soul, Thomas points out why there is less *abusio* in saying the potential whole of its parts than in saying the integral whole of its parts.

Quodlibet Decimum, Q. 3, Art. 1, corpus:

...de anima dupliciter loqui possumus.

Uno modo secundum quod est quaedam substantia; et sic impossibile est quod anima sit suae potentiae...

Alio modo possumus loqui de anima secundum quod est quoddam totum potentiale; et sic diversae potentiae sunt diversae partes eius: et ita anima praedicatur de potentiis, vel e converso, abusiva praedicatione, sicut totum integrale de suis partibus, vel e converso; quamvis minor sit abusio in toto potenciali quam integrali, quia totum potentiale secundum suam substantiam adest cuilibet parti, non autem integrale.

Thomas uses this distinction of the three kinds of whole in his consideration of the virtues, especially according to the four cardinal virtues. See the following text:

Summa Theologiae, II-II, Q. 143, Art. Un, corpus:

...alicuius virtutis cardinalis triplices partes esse possunt: scilicet integrales, subiectivae et potentiales.

Et dicuntur partes integrales alicuius virtutis conditiones quas necesse est concurrere ad virtutem...

Partes autem subiectivae alicuius virtutis dicuntur species eius. Oportet autem diversificare species virtutum secundum diversitatem materiae vel obiecti...

Partes autem potentiales alicuius virtutis principalis dicuntur virtutes secundariae, quae modum quem principalis virtus observat circa aliquam principalem materiam, eundem observant in quibusdam aliis materiis, in quibus non est ita difficile.

Another text on the same:

Summa Theologiae, II-II, q. 48, Art. Un., corpus:

...triplex est pars: scilicet integralis, ut paries, tectum et fundamentum sunt partes domus; subiectiva, sicut bos et leo sunt partes animalis; et potentialis, sicut nutritivum et sensitivum sunt partes animae.

Tribus ergo modis possunt assignari partes alicui virtuti.

Uno modo, ad similitudinem partium integralium: ut scilicet illa dicantur esse partes virtutis alicuius quae necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius...

Partes autem subiectivae virtutis dicuntur species eius diversae.

Partes autem potentiales alicuius virtutis dicuntur virtutes adiunctae quae ordinantur ad aliquos secundarios actus vel materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis.

And in the writing on the *Sentences*:

Scriptum super Lib. III Sententiarum, Dist. XXXIII, Q. 3, Art. 1, Sol. 1:

...omne totum ad tria genera reducitur, scilicet universale, integrale et potentiale.

Et similiter pars triplex invenitur dictis tribus respondens.

Integralis enim pars intrat in constitutionem totius, sicut partes domus.

Universalis vero totius pars suscipit praedicationem totius, sicut homo animalis.

Potentialis vero pars neque praedicationem totius recipit, neque in constitutionem ipsius oportet quod veniat, sed aliquid de potentia totius participat, sicut patet in anima. Rationalis enim anima tota anima dicitur, eo quod in ipsa omnes animae potentiae congregantur. Sensitivum vero in brutis et in plantis vegetabilis dicuntur partes animae, quia aliquid de potentia animae habent, sed

non totum. Unde dicitur in lib. I *De Plantis*, quod non habent animam, sed partes animae.

Et secundum hunc modum tripliciter assignantur partes prudentiae et aliis virtutibus.

Uno enim modo assignantur et partes quasi integrales, cum scilicet partes virtutis alicujus ponuntur aliqua quae exiguntur ad virtutem, in quibus perfectio virtutis consistit. Et hae partes, proprie loquendo non nominant per se virtutes, sed conditiones unius virtutis integrantes ipsam.

Alio modo, per modum partium subjectivarum. Et sic partes illae nominant quidem virtutes et ad invicem distinctas, sed non quidem a toto cujus partes assignantur, quia illud de eis praedicatur.

Tertio modo, per modum totius potentialis, inquantum aliquae virtutes participant aliquid de modo qui principaliter et perfecte invenitur in aliqua virtute.

And in regard to prudence or foresight in particular:

Summa Theologiae, Prima Secundae, Q. 57, Art. 6, Ad 4:

...memoria, intelligentia et providentia, similiter etiam cautio et docilitas, et alia huiusmodi, non sunt virtutes diversae a prudentia: sed quodammodo comparantur ad ipsam sicut partes integrales, inquantum omnia ista requiruntur ad perfectionem prudentiae.

Sunt etiam et quaedam partes subiectivae, seu species prudentiae: sicut oeconomica, regnativa, et huiusmodi.

Sed praedicta tria [eubulia, synesis et gonome] sunt quasi partes potentiales prudentiae: quia ordinantur sicut secundarium ad principale.

But when Thomas considers fortitude or courage, he does not try to distinguish all three kinds of parts:

Summa Theologiae, II-II, Q. 128, Art. Un.:

...sicut supra dictum est, alicuius virtutis possunt esse triplices partes, scilicet subiectivae, integrales et potentiales.

Fortitudini autem, secundum quod est specialis virtus, non possunt assignari partes subiectivae: eo quod non dividitur in multas virtutes specie differentes, quia est circa materiam valde specialem. Assignantur autem ei partes quasi integrales et potentiales: integrales quidem secundum ea quae oportet concurrere ad actum fortitudinis; potentiales autem secundum quod ea quae observat fortitudo circa difficillima, scilicet circa pericula mortis, aliquae aliae virtutes observant circa quasdam alias materias minus difficiles; quae quidem virtutes adiunguntur fortitudini sicut secundariae principali.

Integral or composing parts (and therefore integral or composed wholes) can be distinguished into quantitative parts and essential parts, parts of the quantity and parts of the nature or essence.

In the following reading, Thomas distinguishes between the parts of a quantity and the parts of an essence or nature, two kinds of composing parts. And he also distinguishes between two kinds of quantitative parts.

Scriptum super Lib. IV Sententiarum, Distinctio XVI, Quaest. I, Art. I, Ad tertiam quaestionem:

...partes integrales sunt duplices.

Quaedam sunt partes quantitatis:

quae sunt quandoque unius rationis, ut in totis homogeneis;

quandoque vero diversarum rationum, ut in totis heterogeneis.

Quaedam vero sunt partes essentiae, sicut materia et forma, non quantitatis. Et hae semper sunt diversarum rationum, et habent ordinem naturae ad invicem, et quandoque etiam ordinem temporis in his quorum esse non est simul.

Is the following text on the order of the parts of a quantitative whole?

Summa Theologiae, Tertia Pars, Q. 90, Art. 3, Ad 3:

...omnes partes integrales habent ordinem quendam ad invicem.

Sed quaedam habent ordinem tantum in situ: sive consequenter se habeant, sicut partes exercitus; sive se tangant, sicut partes acervi; sive etiam colligentur, sicut partes domus; sive etiam continuentur, sicut partes lineae.

Quaedam vero habent insuper ordinem virtutis: sicut partes animalis, quarum prima virtute est cor, et aliae quodam ordine virtutis dependent ab invicem.

Tertio modo ordinantur ordine temporis: sicut partes temporis et motus.

In the following text, Thomas again distinguishes the same two kinds of composing parts (quantitative parts and essential parts). And here in addition, he distinguishes two kinds of essential parts: one which is in things and the other in reason. The one in reason has a remote foundation in the first which is in things. (This text suggests that the sense in which matter and form are said *to be in* that which is composed of matter and form should be led back to the third central sense of *being in* rather than the second even though it is in things.)

Summa Theologiae, Tertia Pars, Q. 90, Art. 2, corpus:

...duplex est pars, ut dicitur in V Metaphysicorum: scilicet pars essentiae, et pars quantitatis.

Partes quidem essentiae sunt, naturaliter quidem, forma et materia: logice, autem, genus et differentia.

But in the following text, Thomas puts together quantitative parts and the parts called matter and form as the two ways in which one nature can be constituted from many remaining.

Summa Contra Gentiles, Liber IV, Capitulum XXXV:

Amplius. Nunquam invenitur ex duabus naturis manentibus fieri unam: eo quod quaelibet natura est quoddam totum, ea vero ex quibus aliquid constituitur, cadunt in rationem partis; unde, cum ex anima et corpore fiat unum, neque corpus neque anima natura dici potest, sicut nunc loquimur de natura, quia neutrum habet speciem completam, sed utrumque est pars unius naturae. Cum igitur natura humana sit quaedam natura completa, et similiter natura divina, impossibile est quod concurrant in unam naturam, nisi vel utraque vel altera corrumpatur. Quod esse non potest: cum ex supra dictis pateat unum Christum et verum Deum et verum hominem esse. Impossibile est igitur in Christo unam esse tantum naturam.

Item. Ex duobus manentibus una natura constituitur vel sicut ex partibus corporalibus, sicut ex membris constituitur animal: quod hic dici non potest, cum divina natura non sit aliquid corporeum. Vel sicut ex materia et forma constituitur aliquid unum, sicut ex anima et corpore animal. Quod etiam non potest in proposito dici: ostensum est enim in primo libro quod Deus neque materia est, neque alicuius forma esse potest. Si igitur Christus est verus Deus et verus homo, ut ostensum est, impossibile est quod in eo sit una natura tantum.

In the following text, Thomas again distinguishes between the two kinds of integral or composing parts, the quantitative part and the essential part. And in addition, he distinguishes the two kinds of essential part. He then uses these distinctions in replying to a particular question.

Summa Theologiae, Prima Pars., Q. 8, Art. 2, Ad 3:

Ad tertium dicendum quod totum dicitur respectu partium. Est autem duplex pars, scilicet pars essentiae, ut forma et materia dicuntur partes compositi, et genus et differentia partes speciei; et etiam pars quantitatis, in quam scilicet dividitur aliqua quantitas.

Quod ergo est totum in aliquo loco totalitate quantitatis, non potest esse extra locum illum, quia quantitas locati commensuratur quantitati loci, unde non est totalitas quantitatis, si non sit totalitas loci. Sed totalitas essentiae non commensuratur totalitati loci. Unde non oportet quod illud quod est totum totalitate essentiae in aliquo, nullo modo sit extra illud. Sicut apparet etiam in formis accidentalibus, quae secundum accidens quantitatem habent, albedo enim est tota in qualibet parte superficiei, si accipiatur totalitas essentiae, quia secundum perfectam rationem suae speciei invenitur in qualibet parte superficiei. Si autem accipiatur totalitas secundum quantitatem, quam habet per accidens, sic non est tota in qualibet parte superficiei. In substantiis autem incorporeis non est totalitas, nec per se nec per accidens, nisi secundum perfectam rationem essentiae. Et ideo, sicut anima est tota in qualibet parte corporis, ita Deus totus est in omnibus et singulis.

In the following text, Thomas limits himself in his discussion of the totality of forms to the distinction of composing parts *secundum quantitatem* and *secundum divisionem essentiae*.

Summa Contra Gentiles, Liber II, Capitulum LXXII:

Cum enim totum dicatur per relationem ad partes, oportet totum diversimode accipi sicut diversimode accipiuntur partes.

Dicitur autem pars dupliciter: uno quidem modo, inquantum dividitur aliquid secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars tricubiti; alio modo, inquantum dividitur aliquid secundum divisionem essentiae, sicut forma et materia dicuntur partes compositi. Dicitur ergo totum et secundum quantitatem, et secundum essentiae perfectionem.

Totum autem et pars secundum quantitatem dicta formis non conveniunt nisi per accidens, scilicet inquantum dividuntur divisione subiecti quantitatem habentis. Totum autem vel pars secundum perfectionem essentiae invenitur in formis per se. De hac igitur totalitate loquendo, quae per se formis competit, in qualibet forma apparet quod est tota in toto et tota in qualibet parte eius: nam albedo, sicut secundum totam rationem albedinis est in toto

corpore, ita et in qualibet parte eius. Secus autem est de totalitate quae per accidens attribuitur formis: sic enim non possumus dicere quod tota albedo sit in qualibet parte.

Si igitur est aliqua forma quae non dividatur divisione subiecti, sicut sunt animae animalium perfectorum, non erit opus distinctione, cum eis non competat nisi una totalitas: sed absolute dicendum est eam totam esse in qualibet parte corporis.

Nec est hoc difficile apprehendere ei qui intelligit animam non sic esse indivisibilem ut punctum; neque sic incorporeum corporeo coniungi sicut corpora ad invicem coniunguntur; ut supra expositum est.

In the following text, Thomas after distinguishing the three kinds of whole other than the universal whole, speaks of *partes rationis et essentiae*. Does *partes rationis* mean more *partes definitionis* and matter and form more *partes essentiae*?

Summa Theologiae, Prima Pars, Q. 76, Art. 8, corpus:

...cum totum sit quod dividitur in partes, secundum triplicem divisionem est triplex totalitas.

Est enim quoddam totum quod dividitur in partes quantitativas, sicut tota linea vel totum corpus.

Est etiam quoddam totum quod dividitur in partes rationis et essentiae; sicut definitum in partes definitionis, et compositum resolvitur in materiam et formam.

Tertium autem totum est potentiale, quod dividitur in partes virtutis.

Prima autem totalitatis modus non convenit formis, nisi forte per accidens; et illis solis formis quae habent indifferentem habitudinem ad totum quantitativum et partes eius...

Sed totalitas secunda, quae attenditur secundum rationis et essentiae perfectionem, proprie et per se convenit formis.

Similiter autem et totalitas virtutis, quia forma est operationis principium.

In the following text, Thomas, in distinguishing totality according to the three kinds of whole other than the universal whole, speaks of the *partes essentiae* and divides these *physice* into matter and form and *logice* into genus and difference.

De Spiritualibus Creaturis, Art. 4, corpus:

...triplex totalitas invenitur.

Prima quidem est manifestior secundum quantitatem, prout totum quantum dicitur quod natum est dividi in partes quantitatis: et haec totalitas non potest attribui formis nisi per accidens, in quantum scilicet per accidens dividuntur divisione quantitatis, sicut albedo divisione superficiei. Sed hoc est illarum tantum formarum quae coextenduntur quantitati; quod ex hoc competit aliquibus formis, quia habent materiam similem aut fere similem et in toto et in parte. Unde formae quae requiruntur magnam dissimilitudinem in partibus, non habent huiusmodi extensionem et totalitatem, sicut animae, praecipue animalium perfectorum.

Secunda autem totalitas attenditur secundum perfectionem essentiae, cui totalitati etiam respondent partes essentiae, physice quidem in compositis materia et forma. Logice vero genus et differentia; quae quidem perfectio in formis accidentalibus recipit magis et minus, non autem in substantialibus.

Tertia autem totalitas est secundum virtutem.

In the following text, Thomas, using the distinction of three kinds of whole other than the universal whole, calls one of them the essential parts of the species and distinguishes these into the parts of the composite, matter and form, and the parts of the species, genus and difference.

Quaestio disputata de Anima, Art. 10, corpus:

Potest autem attribui totalitas alicui formae tripliciter, secundum quod tribus modis convenit aliquid habere partes.

Uno enim modo aliquid habet partes secundum divisionem quantitatis, prout scilicet dividitur numerus aut magnitudo.

Uni autem formae non competit totalitas numeri nec magnitudinis, nisi forte per accidens, puta in formis quae per accidens dividuntur divisione continui, sicut albedo per divisionem superficiei.

Alio modo dicitur aliquid totum per comparisonem ad partes essentielles speciei; sicut materia et forma dicuntur partes compositi; genus et differentia partes quodammodo speciei.

Et hic modus totalitatis attribuitur etiam essentiis simplicibus ratione suae perfectionis; eo quod sicut composita habent perfectam speciem ex coniunctione principiorum essentialium, ita substantiae et formae simplices habent perfectam speciem per seipsas.

Tertio modo dicitur totum per comparisonem ad partes virtutis seu potestatis; quae quidem partes accipiuntur secundum divisionem operationum.

In the following text, Thomas again recalls the three kinds of whole and gives a distinction of the universal whole and subject part. (This suggests that the sense in which there are many senses under a word can sometimes be led back to the fourth sense of *being in*.)

Summa Theologiae, Secunda Secundae,, Q. 120, Art 2:

...virtus aliqua habet triplicem partem: scilicet partem subiectivam, integram et quasi potentialem.

Pars autem subiectiva est de qua essentialiter praedicatur totum, et est in minus. Quid quidem contingit dupliciter: quandoque enim aliquid praedicatur de pluribus secundum unam rationem, sicut *animal* de equo et bove; quandoque autem praedicatur secundum prius et posterius, sicut *ens* praedicatur de substantia et accidente.

In the following text, Thomas shows that potestative whole can be spoken of in many distinct substances. He also explains how the whole power can be found in only one, the highest.

Scriptum super Lib. II Sententiarum, Dist 9, Q. 1, Art. 3, Ad 1:

...divisio hierarchiae in ordines est totius potestativi in partes potenciales, sicut anima dividitur in suas potentias: et hoc totum est quasi medium inter totum universale et integrale.

Universale enim est secundum essentiam et completam virtutem in qualibet sua parte, unde de omnibus aequaliter praedicatur; sed integrale nec est secundum essentiam nec secundum virtutem totam in unaquaque suarum partium, et ideo nullo modo de parte praedicatur; sed totum potentiale adest quidem secundum essentiam cuilibet parti, sed secundum completam virtutem est in parte suprema, quia semper superior potentia habet in se completius ea quae sunt inferioris: et ista est comparatio hierarchiae ad ordines.

Thomas considers the division or distinction of the three virtues of looking reason as more a division of a potential whole than one of a genus into species in the strictest sense:

Summa Theologiae, Prima secundae, Q. 57, Art 2, ad 2:

Ad secundum dicendum quod quando ratio obiecti sub uno actu refertur ad potentiam vel habitum, tunc non distinguuntur habitus vel potentiae penes rationem obiecti et obiectum materiale, sicut ad eandem potentiam visivam pertinet videre colorem, et lumen, quod est ratio videndi colorem et simul cum ipso videtur. Principia

vero demonstrationis possunt seorsum considerari, absque hoc quod considerentur conclusiones. Possunt etiam considerari simul cum conclusionibus, prout principia in conclusiones deducuntur. Considerare ergo hoc secundo modo principia, pertinet ad scientiam, quae considerat etiam conclusiones, sed considerare principia secundum seipsa, pertinet ad intellectum.

Unde, si quis recte consideret, istae tres virtutes non ex aequo distinguuntur ab invicem, sed ordine quodam; sicut accidit in totis potentialibus, quorum una pars est perfectior altera, sicut anima rationalis est perfectior quam sensibilis, et sensibilis quam vegetabilis. Hoc enim modo, scientia dependet ab intellectu sicut a principaliori. Et utrumque dependet a sapientia sicut a principalissimo, quae sub se continet et intellectum et scientiam, ut de conclusionibus scientiarum diiudicans, et de principiis earundem.

An unusual application of the teaching on potestative or potential whole:

Scriptum super Lib. IV Sententiarum, Distinctio XV, Quaest. II, Art. II, Ad secundam quaestionem:

...efficacia satisfactionis invenitur in tribus satisfactionis partibus, sicut virtus totius potentialis in partibus ejus, quae quidem complete in una invenitur, et in aliis diminute.

Sicut tota virtus animae invenitur in rationali, sed in sensibili anima invenitur diminute, et adhuc magis diminute in vegetabili, quia anima sensibilis includit in se virtutem animae vegetabilis, et non convertitur.

Eleemosyna enim includit in se virtutem orationis et jejunii duplici ratione.

Primo, quia eleemosyna eum cui datur constituit debitorem ad orandum et jejunandum, et alia bona quae potest faciendum pro eo qui dedit.

Secundo, quia eleemosyna propter Deum data, est quasi quaedam oblatio Deo facta. Unde Philosophus etiam dicit in IV *Eth.* (1123a 5) quod *dona habent aliquid simile Deo sacratis*; oblatio autem ipsa Deo facta vim orationis habet.

Et similiter inquantum bona exteriora ad corporis conservationem ordinantur, subtractio exteriorum bonorum per eleemosynam quasi virtute continet jejunium, quo maceratur corpus.

Similiter etiam oratio virtute continet jejunium, quia extensio intellectus ad Deum debilitatem corporis parit, ut dictum est.

Unde eleemosyna completius habet vim satisfactionis quam oratio, et oratio quam jejunium.

In the following text, we see Thomas giving a reason why some parts are integral parts rather than potential parts. In potential wholes, one part must have the whole power it seems. He also gives the distinction we have seen of integral parts into *partes quantitatis* and *partes essentiae* and points out that the former may or may not be of the same *ratio*, but the latter are always of different *ratios* or *rationes*.

Scriptum super Lib. IV Sententiarum, Distinctio XVI, Quaest. I, Art. I, Ad tertiam quaestionem:

...in partibus potentialibus totum adest secundum essentiae suae rationem cuilibet parti completae, sicut essentia animae cuilibet potentiae; sed tota ratio poenitentiae secundum speciem non est in quolibet horum.

Praeterea. Unum eorum non includit in se vim omnium aliorum: quod requiritur in partibus potentialibus; sed unumquodque ad suum officium servit.

Ideo dicendum est cum aliis, quod sunt partes integrales.

Sed sciendum quod partes integrales sunt duplices.

Quaedam sunt partes quantitatis: quae sunt unius rationis, ut in totis homogeneis; quandoque vero diversarum rationum, ut in totis heterogeneis.

Quaedam vero sunt partes essentiae, sicut materia et forma, non quantitatis. Et hae semper sunt diversarum rationum, et habent ordinem naturae ad invicem, et quandoque etiam ordinem temporis in his quorum esse non est simul.

In summary, we can distinguish the kinds of whole and part seen above first into three: the composed whole, the universal whole, and the potential whole.

The composed whole can be the quantitative whole or the essential whole.

The quantitative whole either has homogenous parts or heterogeneous parts.

The essential whole speaking naturally are matter and form, but speaking logically genus and species.

the universal whole is either said of its parts equally with the same meaning or unequally, before and after.

Following Andronicus of Rhodes, the former can be divided into the division of a genus into species or accidental division (the latter is divided into subject by its accidents or accident by its subjects or accident by accidents)

I do not know of a distinction of kinds of potential whole

Thus ten wholes and parts are ultimately distinguished (four kinds of composed whole and composing parts, five kinds of universal whole and subject parts, and the potential whole), but by always dividing into two or three.

Aristotle and Euclid sometimes distinguish the homogenous quantitative part into the part which measures the whole and the part that does not measure the whole. Thus two is in one sense a part of three; and in another, only a part of

four and six and whatever else it measures by a number and in this sense not a part, but *parts* of three.